Fragmentarium

Inepolentia autem febris non ita fit. quia natura eorum est permanens et ibi
solita est manere ab initio [illegible]
causa natura vel illam in aliquo membro claudit ut [illegible]
que permanens in suo loco vel insaniem mutatur. De morbo in morbum
mutatur sicut videmus catarrum mutari in peripneumoniam in [illegible]
quia tenetur cum si de putredine [illegible] si alium [illegible] grossorum humorum
ei commiscetur aggravatur. et eius motus fit tardior fitque diuturna et
mutabit in [illegible] quod si non fuit [illegible] humor. si ex
[illegible] seu caloris incendit mutabit in [illegible] quia colera [illegible]
coleri nigre mutatur. Ita itaque febrium mutatio quam diximus
non fit nisi cum febris per se ipsam est morbus et non per aliud. quia febris
que semper sequitur alios morbos sicut est passio epatis vel stomachi vel aliorum membrorum
principalium non mutatur de febre in febrem. quia non est de illis que
possit mutari quia causa eius est alius morbus eam producens et precedens
quo morbo permanente permanet febris. illo quoque abeunte febris abest.
Sed debet nos intelligere quia egritudo acuta tribus modis est. aut enim
est acutissima et citissima habens motionem. aut est modica acuta. et
tardius habet motum. aut est mediocris. aut quoniam acuta egritudo triplex
necesse est ut eius crisis sit triplex. una est velocissima sicut est in quar-
ta. aut sexta aut septima die. alia vero est tarda sicut est in xiiii. die. et tercia
mediocris sicut est in xiiii. licet inter has duas extremitates alie habentur
mediocres sicut est in vii. xi. xvii. et xx. [illegible] G. in libro crisium mu-
tacionem in quid morbi sex modis est. tres nuntiant salutem tres mortem. Quarum
que salutem nuntiant. una est que subito veniens nuntiat salutem que vocatur
laudabilis crisis. sicut illa crisis cuius significationes apparent subito vel in
[illegible]a aut in quarta die. Alia est que eam in initio eciam modice signa
[illegible] indicia ostendunt [illegible] aut [illegible]
[illegible] crisis paulatim apparentis usque ad xx. diem. aut xxiiii. Tercia est
[illegible]acio interlucens mediocres que habet significationes nuntiativas ab initio
morbi non apparent nisi modicum que postea non apparent usque ad iiii.
diem in xiiii. die omnis conveniunt tamen crisis. aut initio morbi non ap-
parent nisi modicum. Sed veniente crisi in xiiii. die et ipse subito ad sunt.
Illa mutatio que est timorosa dividitur in tria. una est cuius significationes
ab initio morbi timorem antequartum diem nuntiant que crisis mala
appellatur. Secunda est mutatio cuius significationes paulatim apparent suspi-
cionem inducentes. aut tenduntur usque ad xiiii. diem. Tercia mutatio non
ab initio morbi plerique plura habent acuta perditionem ostendentia. sed postea ac-
cedunt usque ad xiii. et in xiiii. die. omnino apparent. aut ab initio morbi non
nisi modicum apparere. veniente vero xiiii. subito ostenduntur. Qui-
cumque horum morbus velocissimam habet crisim nox precedens crisim diffi-
cilis est. qui autem tardam nox nullius moleste est. qui vero mediocrem
noctes precedentes dies creticos omnes difficiliores erunt usque ad xiiii. diem.
Causa velocitatis et tarditatis crisis est. fortitudo et debilitas virtutis
atque nimie et subtilitas eius materie eius grossities. verbi gratia si fuerit
acuta et furiosa in [illegible]

Capitulum

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/91, Fol. [1]r – Isaac Israeli, <i>Liber febrium</i>, transl. by Constantinus Africanus (https://fragmentarium.ms/view/page/F-mj85/6724/56548)